

19. *Paul au liv. 4 de l'abrégé d'Alfenus.*

L'action en représentation est accordée à tous ceux qui ont quelque intérêt. Mais on a demandé si on pouvoit par cette action forcer son adversaire à représenter ses papiers qu'on auroit grand intérêt de voir. On a répondu que les termes employés par la loi n'étoient pas des pièges, et qu'il n'en falloit point abuser, mais voir dans quel esprit la loi s'en servoit; car par la même raison, on pourroit dire qu'un homme qui s'applique à telle science, a grand intérêt d'avoir tels ou tels livres, parce que si on les lui représentoit, il deviendroit plus savant après les avoir lus.

20. *Ulpian au liv. 2 des Règles.*

On peut intenter l'action en représentation d'esclaves coupables d'un délit, afin de les mettre à la torture, et de pouvoir ensuite revendre ceux qu'ils auront déclaré être leurs complices.

19. *Paulus lib. 4 Epitomarum Alfeni.*

Ad exhibendum possunt agere omnes quorum interest. Sed quidam consuluit, an possit efficere hæc actio, ut rationes adversarii sibi exhiberentur, quas exhiberi magni ejus interesset? Respondit, non oportere jus civile calumniari, neque verba captari, sed qua mente quid diceretur, animadvertere convenire: nam illa ratione etiam studiosum alicujus doctrinæ posse dicere, sua interesse, illos aut illos libros sibi exhiberi; quia si essent exhibitum, cum eos legisset, doctior et melior futurus esset.

De eo quod interest.

20. *Ulpianus lib. 2 Regularum.*

Quæstionis habendæ causa ad exhibendum agitur ex delictis servorum ad vindicandos conscios suos.

De servo quæstionis causa exhibendo.

## DIGESTORUM SEU PANDECTARUM LIBER UNDECIMUS.

### DIGESTE OU PANDECTES, LIVRE ONZIÈME.

#### TITRE PREMIER.

#### DES INTERROGATOIRES

QUI DOIVENT SE FAIRE EN JUSTICE,

Et des actions qui ont lieu en cette matière.

1. *Callistrate au liv. 2 de l'Edit monitoire.*

L'HÉRITIÈRE peut être interrogé en justice afin de déclarer pour quelle portion il est héritier, toutes les fois que l'ignore celui qui veut intenter une action contre lui. Cet interrogatoire est surtout nécessaire quand l'action est personnelle, et par conséquent lorsqu'on demande un objet certain et déterminé; de peur que le demandeur, ignorant pour quelle portion son adversaire a succédé

#### TITULUS PRIMUS.

#### DE INTERROGATIONIBUS

IN JURE FACIENDIS,

Et interrogatoriis actionibus.

1. *Callistratus lib. 2 Edicti monitorii.*

TOTIENS heres in jure interrogandus est qua ex parte heres sit, quotiens adversus eum actio instituitur, et dubitat actor qua ex parte is cum quo agere velit, heres sit. Est autem interrogatio tunc necessaria, cum in personam sit actio, et ita si certum petetur: ne dum ignoret actor qua ex parte adversarius defuncto heres extiterit, interdum plus

De herede interrogando.

petendo aliquid damni sentiat.

De usu inter-  
rogationis.

§. 1. Interrogatoriis autem actionibus hodiè non utimur: quia nemo cogitur antè judicium de suo jure aliquid respondere: ideòque minùs frequentantur, et in desuetudinem abierunt: sed tantummodò ad probationes litigatoribus sufficiunt ea quæ ab adversa parte expressa fuerint apud judices, vel in hereditatibus, vel in aliis rebus quæ in causis vertuntur.

2. *Ulpianus lib. 22 ad Edictum.*

Ratio hujus  
edicti.

Edictum de interrogationibus ideò prætor proposuit, quia sciebat difficile esse ei qui heredem, bonorumve possessorem convenit, probare aliquem esse heredem, bonorumve possessorem:

3. *Paulus lib. 17 ad Edictum.*

Quia plerumque difficilis probatio aditæ hereditatis est.

4. *Ulpianus lib. 22 ad Edictum.*

Voluit prætor adstringere eum qui convenitur, ex sua in judicio responsione, ut vel confitendo, vel mentiendo sese oneret: simul etiam portionis pro qua quisque heres extitit, ex interrogatione certioretur.

Interpretatio  
ve. bi in jure.

§. 1. Quod ait prætor: *Qui in jure interrogatus responderit*, sic accipiendum est, apud magistratus populi Romani, vel præsides provinciarum, vel alios judices. Jus enim eum solum locum esse, ubi juris dicendi vel judicandi gratia consistat; vel si domi, vel in itinere hoc agat.

5. *Gaius lib. 3 ad Edictum provinciale.*

De tempore pe-  
tendo ad inter-  
rogandum.

Qui interrogatur, an heres, vel quota ex parte sit, vel an in potestate habeat eum cujus nomine noxali judicio agitur, ad deliberandum tempus impetrare debet: quia si perperam confessus fuerit, incommodo adficietur.

6. *Ulpianus lib. 22 ad Edictum.*

Et quia hoc defunctorum interest, ut habeant successores, interest et viventium,

au défunt, ne souffre quelque dommage pour avoir demandé plus qu'il ne lui étoit dû par son adversaire.

1. Les actions par lesquelles on demande que l'adversaire soit interrogé ne sont plus d'usage aujourd'hui, parce que personne n'est obligé, avant l'instance commencée, de donner aucun éclaircissement sur son droit; c'est ce qui fait que ces actions sont tombées en désuétude: mais les parties doivent se contenter d'apporter pour preuve ce qui a été dit par leur adversaire devant le juge relativement à une succession ou à toute autre matière qui fait le sujet de la contestation.

2. *Ulpien au liv. 22 sur l'Edit.*

Le préteur s'est déterminé à porter un édit sur les interrogatoires, parce qu'il sait bien qu'il est difficile au demandeur de prouver que son adversaire est héritier civil ou prétorien;

3. *Paul au liv. 17 sur l'Edit.*

Car il est ordinairement difficile de prouver que quelqu'un ait accepté une succession.

4. *Ulpien au liv. 22 sur l'Edit.*

Le préteur a voulu lier celui qui seroit actionné par la réponse qu'il feroit en justice, afin que son aveu ou son désaveu fût à charge ou à décharge contre lui, et qu'on sût d'ailleurs par cet interrogatoire quelle portion il a dans la succession.

1. Le préteur dit: « Celui qui aura répondu à l'interrogatoire qui lui aura été fait en justice », c'est-à-dire, devant les magistrats du peuple Romain, les présidents de provinces, ou tous autres juges. En effet, par le mot *justice*, on entend le lieu où le magistrat ou le juge exercent leurs fonctions, même lorsque le magistrat est dans sa maison ou en voyage.

5. *Gaius au liv. 3 sur l'Edit provinciale.*

Celui qui est interrogé pour déclarer s'il est héritier, quelle portion il a dans la succession, s'il a en sa puissance un esclave au nom duquel on intente l'action noxale, doit obtenir du temps pour délibérer; parce que s'il avoue mal à propos, son aveu tournera à charge contre lui.

6. *Ulpien au liv. 22 sur l'Edit.*

Et comme le temps qu'on accorde à l'héritier pour délibérer est avantageux aux défunts,

funts, en ce que par-là ils trouvent des héritiers, ce même délai est aussi avantageux aux héritiers, afin que, lorsqu'ils ont une juste raison pour délibérer, ils ne puissent souffrir aucun dommage pendant ce délai.

1. Il y a des cas où quelqu'un interrogé s'il est héritier n'est point tenu de répondre; par exemple, lorsque sa qualité d'héritier lui est contestée par un autre (ce qui est confirmé par un rescrit de l'empereur Adrien); de peur qu'en niant qu'il soit héritier, il ne se cause quelque préjudice, ou qu'en se déclarant héritier, il ne se trouve obligé, même dans le cas où par l'événement de la contestation la succession lui seroit ôtée.

7. *Le même au liv. 18 sur l'Edit.*

Si quelqu'un, interrogé en justice si un animal qui a causé du dommage étoit à lui, a répondu qu'il lui appartenoit, son aveu l'oblige.

8. *Paul au liv. 22 sur l'Edit.*

Si quelqu'un interrogé en justice a répondu qu'un esclave qui avoit causé quelque dommage à un autre lui appartenoit, il est soumis à la loi Aquilia, comme s'il en étoit véritablement le maître, et si on a agi contre lui, le véritable maître est libéré.

9. *Ulpian au liv. 22 sur l'Edit.*

Si quelqu'un, sans être interrogé, déclare qu'il est héritier, il est regardé comme ayant fait cette réponse sur un interrogatoire juridique.

1. Une partie peut être interrogée non-seulement par le préteur, mais même par son adversaire.

2. Mais si on interroge un esclave, l'interrogatoire est nul, de même que si l'esclave faisoit lui-même l'interrogatoire.

3. On ne peut pas forcer quelqu'un de répondre pour un autre, s'il est héritier, car on ne peut interroger quelqu'un en justice que sur ce qui le concerne personnellement, c'est-à-dire, lorsqu'il est actionné lui-même.

4. Celse écrit au livre cinq du digeste: Si celui qui s'est chargé d'en défendre un autre en justice, interrogé si et pour quelle portion celui qu'il défend est héritier, a répondu faussement, il se trouvera lui-même obligé envers la partie qui l'a fait interroger; mais sa réponse ne portera aucun préjudice à celui qu'il défend. Il n'y a pas de doute que

*Tome II.*

ne præcipitentur, quandiù justè delibèrant.

§. 1. *Interdùm interrogatus quis, an heres sit, non cogitur respondere: utputà, si controversiam hereditatis ab alio patiatur (et ita divus Hadrianus constituit); ne aut negando se heredem, præjudicet sibi, aut dicendo heredem, illigetur etiam ablata sibi hereditate.*

Quo casu interrogatus non cogitur respondere

7. *Idem lib. 18 ad Edictum.*

Si quis in jure interrogatus, an quadrupes quæ pauperem fecit, ejus sit, responderit, tenetur.

Interrogatio de quadrupede.

8. *Paulus lib. 22 ad Edictum.*

Si quis interrogatus de servo qui damnum dedit, respondit suum esse servum, tenebitur lege Aquilia, quasi dominus: et si cum eo actum sit qui respondit, dominus ea actione liberatur.

Interrogatio de servo.

9. *Ulpianus lib. 22 ad Edictum.*

Si sine interrogatione quis responderit se heredem, pro interrogato habetur.

Responsio sine interrogatione.

§. 1. *Interrogatum non solum à prætore accipere debemus, sed et ab adversario.*

Si prætor, vel adversarius interroget.

§. 2. *Sed si servus interrogetur, nulla erit interrogatio: non magis quàm si servus interroget.*

De servo.

§. 3. *Alius pro alio non debet respondere cogi, an heres sit: de se enim debet quis in judicio interrogari, hoc est, cum ipse convenitur.*

Si quis pro alio interrogetur.

§. 4. *Celsus libro quinto digestorum scribit: Si defensor in judicio interrogatus, an is quem defendit heres, vel quota ex parte sit, falsò responderit, ipse quidem defenso adversario tenebitur: ipsi autem quem defendit, nullum facit præjudicium. Veram itaque esse Celsi sententiam dubium non est. An ergo non videatur defendere,*

De defensore.

si non responderit, videndum? Quod utique et consequens erit dicere: quia non plene defendit.

Interpretatio  
responsionis.

§. 5. Qui interrogatus, heredem se responderit, nec adjecerit *ex qua parte*, ex asse respondisse dicendum est: nisi forte ita interrogatur, *an ex dimidia parte heres sit*, et responderit, *heres sum*: hic enim magis eum puto ad interrogatum respondisse.

Quid respon-  
dendum.

§. 6. Illud quæritur, an quis cogatur respondere, *utrum ex testamento heres sit, et utrum suo nomine ei quæsitæ sit hereditas, an per eos quos suo juri subjectos habet, vel per eum qui heres extitit?* Summatim igitur prætor cognoscere debet, cum quæritur, an quis respondere debeat, quo jure heres sit: ut si valde interesse compererit, plenius respondere jubeat. Quæ obtinere debent non solum in heredibus, sed etiam in honorariis successoribus.

De fideicom-  
missario univer-  
sali.

§. 7. Denique Julianus scribit, eum quoque cui est hereditas restituta, debere in jure interrogatum respondere, *an ei hereditas sit restituta.*

Si de peculio  
agatur.

§. 8. Si de peculio agatur, non oportere responderi à patre, vel domino, *an in potestate habeat filium, vel servum*: quia hoc solum quæritur, *an peculium apud eum cum quo agitur, est.*

10. *Paulus lib. 48 ad Edictum.*

Interrogatio  
de ædibus.

Non alienum est, eum à quo damni infecti stipulari velimus, interrogare in jure, *an ædes ejus vel locus sit ex quo damnum timeatur, et pro qua parte*: ut si neget suam prædium esse, nec caveat damni infecti, aut cedere, aut si resistendum putaverit, quasi dolo versatus, tradere compellatur.

le sentiment de Celse ne soit vrai; néanmoins ne devoit-on pas dire que s'il refuse de répondre, il est censé ne pas défendre son client? Cette observation est juste, parce qu'en ne répondant point, il ne le défend pas pleinement.

5. Celui qui étant interrogé, répond qu'il est héritier, sans ajouter pour quelle portion, est censé avoir répondu qu'il est héritier pour le tout; à moins qu'on ne lui eût demandé: Êtes-vous héritier pour moitié? et qu'il ait répondu: Je le suis; car, dans ce cas, il est plus probable qu'il a répondu dans le sens de la question qui lui étoit adressée.

6. Est-on forcé de répondre si on est héritier par testament, si la succession nous a été déferée en notre propre nom ou si nous l'avons acquise par une personne intermédiaire soumise à notre puissance, ou par un fidéicommiss dont l'héritier a été chargé envers nous? C'est au prêteur à examiner sommairement si celui qui est interrogé doit répondre à quel titre il est héritier, et il le forcera à répondre dans un plus grand détail suivant que l'intérêt du demandeur paroîtra l'exiger. Ce qui doit avoir lieu non-seulement par rapport aux héritiers civils, mais aussi par rapport à ceux qui viennent à la succession par le droit prétorien.

7. Enfin Julien écrit que le fidéicommissaire à qui la succession a été remise doit répondre si elle lui a été remise.

8. S'il s'agit d'une action pécuniaire, le père ou le maître n'est pas obligé de répondre si le fils ou l'esclave est en sa puissance; parce qu'il n'est question que de savoir si le défendeur a le pécule entre ses mains.

10. *Paul au liv. 48 sur l'Edit.*

Lorsqu'on veut exiger de quelqu'un la caution de réparer le tort qu'on craint de sa part, on ne fera pas mal de le faire interroger auparavant pour qu'il déclare si l'édifice à l'occasion duquel on craint quelque dommage est à lui, et pour quelle portion; afin que s'il nie que le bâtiment soit à lui et qu'il refuse de donner la caution, soit qu'il veuille ensuite céder ou procéder sur la demande de la caution, il soit forcé à abandonner son édifice comme s'étant conduit de mauvaise foi.

11. *Ulpian au liv. 22 sur l'Edit.*

Cependant il y a des cas où on est aussi obligé de répondre sur son âge.

1. Si quelqu'un qui n'étoit point héritier a répondu qu'il étoit héritier pour telle portion, il sera actionné comme s'il étoit véritablement héritier pour cette portion; car on ajoutera foi à sa déclaration contre lui-même.

2. Celui qui étant héritier pour un quart, ou même ne l'étant point du tout, a déclaré qu'il étoit unique héritier, sera obligé de défendre sur l'action qui sera intentée contre lui, comme s'il étoit unique héritier.

3. Si quelqu'un étant héritier pour moitié, a répondu qu'il ne l'étoit que pour un quart, la peine de son mensonge sera qu'on intentera contre lui l'action en entier; parce qu'il n'a pas dû en imposer en affirmant qu'il étoit héritier pour une moindre portion.

4. Il peut cependant arriver qu'il ait eu des raisons de se croire héritier pour une moindre portion; par exemple, s'il a ignoré que la portion de son cohéritier lui étoit accrue, ou s'il a été institué pour une portion indéterminée. Dans ce cas, sa réponse ne doit point lui nuire.

5. Celui qui a refusé de répondre devant le préteur, est dans le cas qu'on intente l'action en entier contre lui, comme s'il eût nié qu'il fût héritier; parce que celui qui refuse de répondre est contumace. Or la peine de sa contumace est qu'il puisse être actionné en entier, comme s'il eût nié; parce que son refus de répondre est une injure faite au préteur.

6. Le préteur dit: « Ceux qui n'auront point répondu », les jurisconsultes modernes ont étendu ces expressions à celui qui n'aurait point répondu exactement à l'interrogatoire, c'est-à-dire, à la lettre. Si le défendeur, interrogé s'il étoit unique héritier, a répondu qu'il ne l'étoit qu'en partie, sa réponse ne doit point lui nuire s'il se trouve n'être héritier que pour moitié. Ce sentiment doit être adopté comme moins rigoureux.

7. Il n'y a pas de différence entre refuser de répondre ou faire une réponse obscure qui ne fasse point cesser l'incertitude de celui qui interroge.

8. Il faudra quelquefois venir au secours

11. *Ulpianus lib. 22 ad Edictum.*

De ætate quoque interdum interrogatus respondere debet. Interrogatio de ætate.

§. 1. Si quis cum heres non esset, interrogatus responderit, *ex parte heredem esse*, sic convenietur, atque si *ex parte heres esset: fides enim ei contra se habebitur.* De falsa responsione.

§. 2. Qui ex quadrante heres, vel omnino cum heres non esset, responderit *se heredem ex asse*, in assem instituta actione convenietur.

§. 3. Si cum esset quis ex semisse heres, dixerit *se ex quadrante*, mendacii hanc pœnam feret, quod in solidum convenietur: non enim debuit mentiri, dum se minoris portionis heredem adseverat.

§. 4. Interdum tamen justa ratione potest opinari esse heredem ex minore parte. Quid enim, si nescit sibi partem adcrevisse, vel ex incerta parte facti institutus? cur ei responsum noceat?

§. 5. Qui tacuit quoque apud prætorum, in ea causa est, ut instituta actione in solidum conveniatur, quasi negavit se heredem esse: nam qui omnino non respondit, contumax est. Contumaciæ autem pœnam hanc ferre debet, ut in solidum conveniatur, quemadmodum si negasset: quia prætorum contemnere videtur. De silentio.

§. 6. Quod autem ait prætor, *omnino non respondisse*, posteriores sic exceperunt, ut omnino non respondisse videatur, qui ad interrogatum non respondit, id est, *πρὸς ἕπος (ad verbum)*. Si interrogatus quis *an ex asse heres esset*, responderit *ex parte*, si *ex dimidia esset*, nihil ei nocere responsum: quæ sententia humana est. De inepta responsione.

§. 7. Nihil interest, neget quis, an taceat interrogatus, an obscure respondeat, ut incertum dimittat interrogatorem. Denegatione, silentio, et obscura responsione.

§. 8. *Ex causa succurri ei qui interro-*

*Quibus casibus*

succurritur ei  
qui respondit.

gatus respondit, non dubitamus : nam et si quis interrogatus, *on patris heres esset*, responderit; mox prolato testamento, inventus sit exheredatus, æquissimum est succurri ei : et ita Celsus scribit. Hic quidem et alia ratione, quòd *ea quæ postea emergunt, auxilio indigent*. Quid enim si occultæ tabulæ et remotæ, postea prolatae sunt? cur noceat ei qui id responderit, quod in præsentiarum videbatur? Idem dico, et si quis heredem se responderit, mox falsum, vel inofficiosum, vel irritum testamentum fuerit pronunciatum : non enim improbè respondit, sed scriptura ductus.

Effectus inter-  
rogationis.

§. 9. Qui interrogatus responderit, sic tenetur, quasi ex contractu obligatus, pro quo pulsabitur, dum ab adversario interrogatur : sed et si à prætore fuerit interrogatus, nihil facit prætoris auctoritas ; sed ipsius responsum, sive mendacium.

De errore,

§. 10. Qui justo errore ductus negaverit se heredem, venia dignus est.

Et culpa.

§. 11. Sed et si quis sine dolo malo, culpa tamen responderit, dicendum erit absolvi eum debere : nisi culpa dolo proxima sit.

De pœnitentia.

§. 12. Celsus scribit, licere responsi pœnitere, si nulla captio ex ejus pœnitentia sit actoris. Quòd verissimum mihi videtur : maximè si quis postea pleniùs instructus quid faciat, instrumentis, vel epistolis amicorum juris sui edoctus.

12. *Paulus lib. 17 ad Edictum.*

De filio qui  
se abstinet pa-  
terna hereditate.

Si filius qui abstinet se paterna hereditate, in jure interrogatus responderit se heredem esse, tenebitur : nam ita respondendo, *pro herede gessisse* videtur. Sin autem filius qui se abstinet, interrogatus tacuerit, succurrendum est ei : quia hunc qui abstinet, prætor non habet heredis loco.

de celui qui, étant interrogé s'il est héritier, aura répondu : Je n'en doute pas ; car si un fils, interrogé s'il est héritier de son père, a fait cette réponse, et qu'on voie ensuite par le testament de son père qu'il a été déshérité, il faudra venir à son secours. Celse l'écrit ainsi. Il en rapporte une autre raison : C'est qu'on doit venir au secours de quelqu'un lorsqu'il n'a pu découvrir son erreur que par la suite. En effet, si le testament étoit caché et soustrait, et qu'ensuite on le produisit, qu'est-ce qu'on peut reprocher à celui qui a répondu suivant l'état présent des choses? Il en faut dire de même, si après que quelqu'un a répondu qu'il étoit héritier, le testament se trouve faux, inofficieux ou déclaré nul ; car ce n'est pas par mauvaise foi, mais d'après le testament qu'il a répondu qu'il étoit héritier.

9. Celui qui étant interrogé en justice, aura répondu, sera obligé par sa réponse comme par un contrat ; en preuve de quoi il sera poussé par son adversaire pendant qu'on l'interrogera ; et s'il est interrogé par le préteur, l'autorité du préteur ne fait rien à la chose : c'est sa réponse ou son mensonge qui l'oblige.

10. Celui qui, abusé par une juste erreur, a nié qu'il fût héritier, mérite indulgence.

11. Il en est de même de celui qui a fait cette réponse sans mauvaise foi, quoiqu'il y ait de sa faute ; il doit être absous, à moins que sa faute ne soit grossière et n'approche de la mauvaise foi.

12. Celse écrit qu'on peut varier sur la réponse qu'on se repent d'avoir faite, pourvu que le demandeur ne souffre point de cette variation : ce qui me paroît juste, surtout lorsque celui qui a répondu a été depuis plus pleinement instruit de son droit, soit par des pièces, soit par des lettres de ses amis.

12. *Paul au liv. 17 sur l'Edit.*

Si un fils qui s'est abstenu de la succession paternelle, interrogé en justice, a répondu qu'il étoit héritier, il est obligé : parce que cette réponse tient lieu à son égard d'un acte d'héritier. Mais si, dans cette même espèce, le fils interrogé garde le silence, on doit venir à son secours ; parce que le préteur ne regarde pas comme héritier celui qui s'est abstenu de la succession.

1. Celui qui est actionné en conséquence de sa réponse, peut opposer à la demande formée contre lui toutes les exceptions qu'on a coutume d'opposer aux demandes; par exemple, celle de la convention, de la chose jugée et autres.

13. *Le même au liv. 2 sur Plautius.*

Ceux qui font de faux aveux en justice ne sont obligés qu'autant que celui qui les a fait interroger a une action concernant la chose sur laquelle ils ont subi l'interrogatoire; parce qu'alors l'action qu'il auroit contre le maître de la chose, passe contre celui qui a fausement déclaré l'être. Si j'ai répondu qu'un fils de famille qui étoit sous la puissance de son père étoit le mien, je ne suis obligé par ma réponse, qu'autant que ce fils de famille seroit d'un âge à pouvoir être mon fils; parce qu'un faux aveu doit, pour obliger, être au moins conforme à la nature: ce qui fait que s'il n'est pas d'un âge convenable, j'aurai répondu au nom du père de famille, et je ne serai point obligé.

1. Celui qui a répondu qu'un citoyen père de famille étoit son esclave, ne peut être pour cela soumis à l'action noxale; comme cette action ne pourroit point avoir lieu même contre celui qui posséderoit de bonne foi comme esclave une personne libre. Dans ce cas, l'action passe toute entière contre celui qui s'est porté pour défendeur.

14. *Javolenus au liv. 9 sur Cassius.*

Si l'esclave au nom duquel l'instance noxale est pendante avec son maître a été déclaré libre par un jugement pendant le cours de l'instance, le défendeur doit être absous, et on ne pourra point exciper contre lui de la déclaration qu'il aura faite en justice que l'esclave étoit à lui; parce que personne ne peut transporter sur celui qui déclare en justice qu'un esclave lui appartient, l'obligation contractée par cet esclave, relativement à laquelle il a une action contre un autre au nom de l'esclave: par exemple, lorsque quelqu'un avoue en justice que l'esclave d'un autre est à lui. Or comme on ne peut avoir d'action au nom d'un homme libre que contre lui-même, l'interrogatoire ou l'aveu fait en justice ne peut point charger un autre de son obligation. En ce cas il arrivera que la procédure qu'on aura faite au nom d'une personne libre contre celui

§. 1. *Exceptionibus quæ institutis in judicio contra reos actionibus opponuntur, etiam is uti potest, qui ex sua responsione convenitur: veluti pacti conventi, rei judicatæ et cæteris.*

De hereditibus.

13. *Idem lib. 2 ad Plautium.*

Confessionibus falsis respondententes ita obligantur, si ejus nomine de quo quis interrogatus sit, cum aliquo sit actio: quia quæ cum alio actio esset, si dominus esset, in nosmet confessione nostra conferemus. Et si eum qui in potestate patris esset respondissem *filium meum esse*, ita me obligari, si ætas ejus pateretur ut filius meus esse possit: quia falsæ confessiones naturalibus convenire deberent: propter quæ fiat ut patrisfamilias nomine respondendo, non obliger.

De falsis confessionibus.

§. 1. *Eum qui patremfamilias, suum esse responderit servum, non teneri noxali actione: ac ne si bona fide liber homo mihi serviat, mecum noxali judicio agi potest: et si actum fuerit, manebit integra actio cum ipso qui admisit.*

14. *Javolenus lib. 9 ex Cassio.*

Si is cujus nomine noxæ judicium acceptum est, manente judicio liber judicatus est, reus absolvi debet: nec quidquam interrogatio in jure facta proderit; quia ejus personæ cujus nomine quis cum alio actionem habet, obligationem transferre non potest in eum qui in jure suum esse confitetur: velut alienum servum, *suum esse* confitendo. Liberi autem hominis nomine, quia cum alio actio non est, ne per interrogationem quidem, aut confessionem transferri poterit. Quo casu eveniet ut non rectè hominis liberi nomine actum sit cum eo qui confessus est.

§. 1. In totum autem confessiones ita ratae sunt, si id quod in confessionem venit, et jus et naturam recipere potest.

15. Pomponius lib. 18 ad Sabinum.

De servo hereditario. Si antè aditam hereditatem, servum hereditarium meum esse respondeam, teneor; quia domini loco habetur hereditas.

De morte servi.

§. 1. Mortuo servo quem in jure interrogatus suum esse confessus sit, non teneor is qui respondit: quemadmodum si proprius ejus fuisset, post mortem ejus non teneretur.

16. Ulpianus lib. 37 ad Edictum.

De servo capto ab hostibus. Si servus ab hostibus captus sit, de quo quis in jure interrogatus responderit, in sua potestate esse, quamvis jura postliminiorum possint efficere dubitare nos, attamen non puto locum esse noxali actioni; quia non est in nostra potestate.

Si servus respondentis esse non potuit.

§. 1. Quanquam autem placet, etiam eum teneri, qui alienum servum suum fassus esset, attamen rectissimè placuit, eum demùm teneri, qui suum potuit habere: cæterùm si dominium quærere non potuit, non teneri.

17. Idem lib. 38 ad Edictum.

De pluribus dominis.

Si servus non sit unius, sed plurium, et omnes mentiti sunt, eum in sua potestate non esse, vel quidam ex illis, aut dolo fecerunt quominus sit in potestate, unusquisque illorum tenebitur in solidum: quemadmodum tenerentur, si haberent in potestate. Is verò qui nihil dolo fecerit quominus in potestate haberet, vel non negavit, non tenebitur.

18. Julianus lib. 4 ad Urseium Ferocem.

An confessio

Qui ex parte dimidia heres erit, cum

qui aura déclaré en justice qu'elle lui appartenait comme son esclave, sera irrégulière.

1. Les aveux faits en justice ne sont admis contre celui qui les a faits, qu'autant qu'ils ne sont point en contradiction avec le droit ou la nature.

15. Pomponius au liv. 18 sur Sabin.

Si, avant d'avoir accepté une succession, je répons en justice qu'un esclave qui en dépend m'appartient, cette réponse m'oblige; parce que la succession représente le maître de l'esclave.

1. Si l'esclave qu'on a déclaré en justice être à soi est mort, on n'est point obligé par cette réponse, quand même elle seroit fausse; de même qu'un maître ne peut être obligé au nom de son propre esclave après sa mort.

16. Ulpien au liv. 37 sur l'Edit.

Si l'esclave qu'on a déclaré en justice avoir en sa puissance, est dans la vérité prisonnier chez les ennemis, quoiqu'on puisse dire que le maître a eu quelque raison de douter s'il n'étoit pas encore en sa puissance, parce qu'il peut y rentrer à son retour par le bénéfice du droit de post-limnie, je ne pense pas cependant qu'il puisse y avoir lieu à l'action noxale; parce que dans la vérité il n'est point en la puissance de son maître.

1. Quoiqu'il paroisse que celui qui a déclaré que l'esclave d'un autre étoit à lui, doit être obligé par sa réponse, cependant on a décidé, avec raison, qu'il ne devoit être tenu qu'autant qu'il seroit possible que cet esclave fût à lui, et non pas si le domaine de cet esclave ne pouvoit lui être acquis.

17. Le même au liv. 38 sur l'Edit.

Si l'esclave n'appartient point à un seul, mais à plusieurs, et que tous ou quelques-uns d'entr'eux aient faussement déclaré que l'esclave n'étoit point en leur puissance ou qu'ils aient cessé frauduleusement d'avoir la possession de l'esclave, chacun d'eux sera obligé solidairement, comme ils le seroient si l'esclave étoit en leur possession. Quant à celui qui n'aura pas fait cette fausse déclaration, ou qui n'aura point employé la fraude pour cesser d'avoir l'esclave en sa possession, il ne sera point obligé.

18. Julien au liv. 4 sur Urseius Feror.

Un particulier qui n'étoit héritier que



pour moitié, voulant défendre son cohéritier absent sans être obligé de donner caution d'exécuter le jugement pour ce cohéritier, déclara qu'il étoit unique héritier, et fut condamné. Le demandeur, qui avoit trouvé celui-ci insolvable, vouloit savoir s'il ne pouvoit point, en faisant infirmer le premier jugement, intenter son action contre le véritable héritier. Proculus a répondu qu'il le pouvoit ; et cela est vrai.

19. *Papinien au liv. 8 des Questions.*

Si un fils faisant les affaires de son père, refuse de répondre à l'interrogatoire qui lui est fait en justice, on observera la même chose que s'il n'avoit point été interrogé.

20. *Paul au liv. 2 des Questions.*

Celui qui a répondu que l'esclave d'un autre étoit à lui, et qui en conséquence a été condamné sur une action noxale, libère le maître. Il n'en est pas de même, s'il est convenu d'avoir tué un esclave qui a été tué par un autre, ou s'il s'est déclaré héritier pendant qu'il ne l'étoit pas : car celui qui a tué l'esclave, ou celui qui est véritablement héritier n'est pas libéré. Il n'y a point ici de contradiction réelle ; car dans le premier cas il y a deux personnes obligées au nom de l'esclave, comme cela arriveroit dans le cas d'un esclave commun, où si un des maîtres est condamné, l'autre est libéré. Mais celui qui convient avoir tué ou blessé est obligé en son propre nom, et sa déclaration ne doit pas faire que le délit soit impuni vis-à-vis de celui qui l'a réellement commis ; à moins que celui qui l'a faite n'eût intention de défendre le coupable ou son héritier : car alors le demandeur qui voudroit poursuivre encore l'auteur du délit seroit repoussé par une exception, parce que celui qui a payé la condamnation, a lui-même contre l'auteur du délit l'action de la gestion des affaires d'autrui ou du mandat, pour se faire rendre ce qu'il a payé à cette occasion. Il en est de même à l'égard de celui qui, étant fondé de procuration du véritable héritier, ou ayant intention de le défendre, déclare qu'il est héritier.

1. Celui qui est interrogé en justice s'il possède un fonds, est-il obligé de répondre à cette interpellation, et de déclarer pour quelle portion il possède ce fonds ? J'ai répondu : Javolenus écrit que le possesseur d'un fonds

absentem coheredem suum defendere vellet, ut satisfactionis onus evitare possit, respondit *se solum heredem esse*, et condemnatus est. Quærebat actor, cum ipse solvendo non esset, an rescisso superiore iudicio, in eum qui revera heres erat, actio dari deberet ? Proculus respondit, rescisso iudicio posse agi : *idque est verum.*

unius liberet alium.

19. *Papinianus lib. 8 Quæstionum.*

Si filius, cum pro patre suo ageret, taceat interrogatus, omnia perinde observanda erunt, ac si non esset interrogatus.

Si filius pro patre agens non responderit.

20. *Paulus lib. 2 Quæstionum.*

Qui servum alienum responderit suum esse, si noxali iudicio conventus sit, dominum liberat. Aliter atque si quis confessus sit se occidisse servum, quem alias occidit : vel si quis responderit se heredem ; nam his casibus non liberatur, qui fecit, vel qui heres est. Nec hæc inter se contraria sunt : nam superiore casu ex persona servi duo tenentur, sicut in servo communi dicimus, ubi altero convento alter quoque liberatur. At is qui confitetur se occidisse, vel vulnerasse, suo nomine tenetur : nec debet impunitum esse delictum ejus qui fecit, propter eum qui respondit : nisi quasi defensor ejus qui admisit, vel heredis, litem subiit hoc genere : tunc enim in factum exceptione data, summovendus est actor : quia ille negotiorum gestor, vel mandati actione recepturus est quod præstitit. Idem est in eo qui mandatu heredis *heredem se esse* respondit, vel cum eum aliàs defendere vellet.

An confessio unius liberet alium.

§. 1. In jure interrogatus, *an fundum possideat*, quæro an respondere cogendus sit, et quota ex parte fundum possideat ? Respondi : Javolenus scribit possessorem fundi cogi debere respondere, *quota ex*

Interrogatus de fundo,

*parte fundum possideat: ut si minore ex parte possidere se dicat, in aliam partem quæ non defenderetur, in possessionem actor mittatur.*

Vel de ædibus.

§. 2. Idem et si damni infecti caveamus. Nam et hic respondere debet, *quota ex parte ejus sit prædium*, ut ad eam partem stipulationem accommodemus: pœna autem non repromittentis hæc est, ut in possessionem eamus; et idèd eo pertinet scire an possideat.

21. *Ulpianus lib. 22 ad Edictum.*

Ubicumque judicem æquitas moverit, æquè oportere fieri interrogationem, dubium non est.

22. *Scævola lib. 4 Digestorum.*

Procuratore Cæsaris ob debitum fiscale interrogante, unus ex filiis qui nec honorum possessionem acceperat, nec heres erat, respondit *se heredem esse*. An quasi interrogatoria creditoribus cæteris teneatur? Respondit, ab his qui in jure non interrogassent, ex responso suo conveniri non posse.

## TITULUS II.

### DE QUIBUS REBUS AD EUNDEM JUDICEM EATUR.

1. *Pomponius lib. 15 ad Sabinum.*

**S**I inter plures familiæ eriscundæ agatur, et inter eosdem communi dividendo, aut finium regundorum, eundem judicem sumendum. Præterea, quò facilius coire coheredes vel socii possint, in eundem locum omnium præsentiam fieri oportet.

2. *Papinianus lib. 2 Quæstionum.*

Cùm ex pluribus tutoribus unus, quòd cæteri non sint idonei, convenitur, postulante

doit désigner quelle portion il possède dans le fonds; afin que s'il déclare posséder une moindre portion que celle qu'il a véritablement, le demandeur puisse être envoyé en possession de la portion qu'il ne prétend pas lui appartenir.

2. Il en est de même à l'égard de celui à qui on demande une caution pour s'assurer de la réparation du dommage auquel on craint que sa chose ne donne lieu. Il doit déclarer pour quelle portion la chose est à lui, afin que la caution puisse être donnée en conséquence de sa déclaration; et comme la peine de celui qui refuse de donner caution est que le demandeur soit envoyé en possession de la chose, il est de son intérêt de savoir si celui qu'il attaque la possède.

21. *Ulpien au liv. 22 sur l'Edit.*

Il n'y a pas de doute que l'interrogatoire doit se faire de la même manière, quand le juge se détermine par équité à ordonner qu'il soit fait.

22. *Scévola au liv. 4 du Digeste.*

Le procureur de l'empereur, à l'occasion d'une dette du fils, ayant interrogé un des enfans du défunt débiteur, qui n'étoit point héritier civil et n'avoit point demandé au prêteur la succession prétorienne, celui-ci déclara néanmoins qu'il étoit héritier. On demande si cette réponse donne action contre lui à tous les autres créanciers de la succession? J'ai répondu que ceux qui ne l'avoient point interrogé n'avoient point d'action contre lui en conséquence de cette réponse.

## TITRE II.

### DES MATIÈRES QUI PEUVENT ÊTRE TRAITÉES DEVANT LE MÊME JUGE.

1. *Pomponius au liv. 15 sur Sabin.*

**S**I plusieurs ont à intenter l'action en partage de succession, en division d'une chose commune, en bornage de terres, ils doivent se présenter devant le même juge; et afin que les cohéritiers ou les associés puissent se rassembler plus facilement, on doit les citer tous au même lieu.

2. *Papinien au liv. 2 des Questions.*

Lorsqu'un tuteur est actionné seul entre plusieurs, parce que les autres ne sont point solvables,

Quibus casibus interrogari oportet.

De effectu responsionis.

De judiciis quibus res dividuntur, aut distinguuntur.

De tutoribus.

solvables, on doit, sur sa requête, les renvoyer tous devant le même juge : cela est décidé par les rescrits des princes.

TITRE III.

DE L'ACTION QUI A LIEU

Contre celui qui a corrompu un esclave.

1. *Ulpian au liv. 23 sur l'Edit.*

L'ÉDIT du préteur porte : « Si quelqu'un est convaincu d'avoir reçu chez lui de mauvaise foi l'esclave d'autrui, mâle ou femelle, ou de lui avoir persuadé de faire quelque faute, dans l'intention de le rendre d'une moindre valeur, je donnerai contre lui une action pour lui faire réparer au double le tort qu'il aura causé à cette occasion ».

1. Celui qui a acheté de bonne foi l'esclave d'autrui, n'est pas soumis à cette action, et il ne peut pas lui-même l'intenter, parce qu'il n'a pas intérêt que l'esclave ne soit pas corrompu. En effet, si on lui accordoit cette action, il s'ensuivroit qu'elle appartiendrait en même temps à deux personnes : ce qui est absurde. Je ne crois pas même que celui qui possède de bonne foi une personne libre comme esclave, puisse intenter cette action.

2. Quand le préteur dit, avoir reçu, cela doit s'entendre d'un homme qui reçoit chez lui l'esclave d'autrui. En cette matière, recevoir un esclave, c'est lui offrir un refuge pour se cacher, soit dans sa terre, soit dans la terre ou l'édifice d'un autre.

3. Persuader, dans l'édit du préteur, signifie plus qu'engager et forcer un esclave à obéir à ses ordres. Le terme persuader a deux sens; car il s'applique également aux bons et aux mauvais conseils. C'est pourquoi le préteur ajoute, de mauvaise foi, et dans l'intention de rendre l'esclave d'une moindre valeur. En effet il n'y a pas de délit, à moins qu'on ne persuade à un esclave de faire quelque chose qui puisse le rendre de moindre valeur. Ainsi cet édit concerne celui qui sollicite un esclave à exécuter ou à concevoir quelque mauvais dessein.

4. Mais n'est-on tenu par cette action que quand on a porté un esclave de bonne conduite à commettre quelque délit, ou même quand on y a poussé un esclave naturellement méchant, et qu'on lui a montré la

*Tome II.*

tulante eo omnes ad eundem judicem mittuntur : et hoc rescriptis principum continetur.

TITULUS III.

DE SERVO CORRUPTO.

1. *Ulpianus lib. 23 ad Edictum.*

AIT prætor : *Qui servum, servam, alienum, alienam recepissee, persuasisse quid ei dicetur dolo malo, quo eum, eam deterioorem faceret, in eum quanti ea res erit, in duplum judicium dabo.*

*Edictum.*

§. 1. Qui bona fide servum emit, hoc edicto non tenebitur : quia nec ipse poterit servi corrupti agere ; quia nihil ejus interest, servum non corrumpi. Et sanè si quis hoc admiserit, eveniet ut duobus actio servi corrupti competat : quod est absurdum. Sed nec eum cui bona fide homo liber servit, hanc actionem posse exercere opinamur.

*De bonæ fidei possessore.*

§. 2. Quòd autem prætor ait, *recepisse*, ita accipimus, si susceperit servum alienum ad se : et est propriè recipere, refugium abscondendi causa servo præstare, vel in suo agro, vel in alieno loco, ædificiove.

*Quid sit recipere.*

§. 3. *Persuadere* autem est plus quàm compelli, atque cogi sibi parere. Sed persuadere *ἢ μέσων ἔσιν*, id est, *ex mediis (scilicet verbis) est*; nam et bonum consilium quis dando potest suadere, et malum. Et idè prætor adjecit, *dolo malo, quo eum deterioorem faceret*. Neque enim delinquit, nisi qui tale aliquid servo persuadet, ex quo eum faciat deterioorem. Qui igitur servum sollicitat ad aliquid vel faciendum, vel cogitandum improbè, hic videtur hoc edicto notari.

*Quid sit persuadere. De dolo persuadentis.*

§. 4. Sed utrum ita demùm tenetur, si bonæ frugi servum perpulit ad delinquendum, an verò et si malum hortatus est, vel malo monstravit, quemadmodùm faceret? Et est verius, etiamsi malo mons-

*De servo bonæ vel malo.*

travit in quem modum delinqueret, teneri eum. Imò et si erat servus omnimodò fugiturus, vel furtum factururus, hic verò laudator hujus propositi extitit, tenetur : non enim oportet laudando augeri malitiam. Sive ergo bonum servum fecerit malum, sive malum fecerit deteriozem, corrupisse videbitur.

Quibus modis servus corrumpitur.

§. 5. Is quoque deteriozem facit, qui servo persuadet ut injuriam faceret, vel furtum, vel fugeret, vel ut alienum servum sollicitaret, vel ut peculium intricaret, aut amator existeret, vel erro, vel malis artibus esset deditus, vel in spectaculis nimius, vel seditiosus, vel si actori suasit verbis, sive pretio, ut rationes dominicas intercideret, adulteraret, vel etiam ut rationem sibi commissam turbaret ;

2. *Paulus lib. 19 ad Edictum.*

Vel luxuriosum, vel contumacem fecit: quive ut stuprum pateretur, persuadet.

3. *Ulpianus lib. 15 ad Edictum.*

De dolo persuadentis, et lusu.

Dolo malo adjecto calliditatem notat prætor ejus qui persuadet. Cæterùm, si quis sine dolo deteriozem fecerit, non notatur : et si lusus gratia fecit, non tenetur.

Si quis persuaserit servo in tectum ascendere, vel in puteum descendere.

§. 1. Undè quæritur, si quis servo alieno suaserit *in tectum ascendere*, vel *in puteum descendere* : et ille parens ascenderit, vel descenderit, et ceciderit crusque, vel quid aliud fregerit, vel perierit, an teneatur? Et si quidem sine dolo malo fecerit, non tenetur : si dolo malo tenebitur.

4. *Paulus lib. 19 ad Edictum.*

Sed commodius est, utili lege Aquilia eum teneri.

5. *Ulpianus lib. 23 ad Edictum.*

De dolo recipientis.

Doli verbum etiam ad eum qui recepit, referendum est : ut non alius teneatur, nisi qui dolo malo fecerit. Cæ-

manière dont il devoit s'y prendre pour mal faire? Il faut croire qu'on seroit tenu même dans ce second cas. On est également tenu quand on a simplement loué le dessein d'un esclave qui se proposoit de s'enfuir ou de commettre un vol ; car on ne doit pas encourager un méchant par des éloges. Ainsi, on est censé avoir corrompu un esclave, quand de bon on l'a fait méchant, ou quand de méchant on l'a rendu pire.

